Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



113

tu abstinendum abuxore eo complecu eis qui sacerdotio
functuri sint manifestabis. Nulli tam uiolentum huiusmodi
continentiae iugum inpones. Sed quicumq; sacerdotes
fieri ac ministerio seruire altaris uolunt. ipsi sua sponte
uxorum serui esse desistant. Quod ubi perfecerint
& suscepto semel continentiae proposito ministros se
scuarii atq; altaris fore consentiunt. adeat lex diuina
quae uelut celerum illis habitum sacerdotib; congruum inpo
nens. quomodo uiuere uel docere debeant habundanter
instruat. Congaudensq; spontaneae ipsorum deuotion
dignum sacerdotio decus sapientiae patientiae mansue
tudinis zeli spiritalis. humilitatis misericordiae
timoris dni. ceterorumq; huiusmodi ornamentorum.
sup addat. Alioquin iniquitatis rei moriuntur.
Mortem namq; cestissime incurrit animae. si quis lu
xoriose uiuens sacerdotalem sibi usurpare gradum
praesumit. Qui sensus subsequentibus qq dni uerbis
adfirmatur. quibus post paucas subiungit. Cumque
laueris patrem cum filiis aqua. Indues aaron uestimentis
suis. id est linea & tunica & sup humerali & rationali.
qd constringes baltheo & pones thiaram in capite eius
& lamminam scam sup thiaram. & oleum unctionis fun
des sup caput eius. atq; hoc ritu consecrabitur. Filios
quoq; illius adplicabis. & indues tunicis lineis. cingesq;